

Sexta etas mundi

Anno mudi. 6487.

Anno xpi. 1288.

Nicolaus quartus papa natione picenus. e ciuitate asculana. Hieronimus antea vocat⁹ ordinis minoru frater deinde psbyter cardinalis apud sanctam sabinam decimo mense post mortem honori pontifex creat. Collocaturq; in petri ipsius sancti cathedra. Isq; illico se cum curia ad urbem transtulit reatinam. Et post annum romam reuersus apud sanctam mariam maiorem curiam tenuit cardinales creat ex omni fere religione. Omnes enim pariter amabat. nec plus se debere affinibus et cognatis quam cuius bono arbitrabatur. basilicam apud mariam maiorem cum iacobo columna restituit. ut in fornice maiori apparet. In saluatoris ipsiusq; pontificis et iacobi cardinalis ymago adhuc cernitur. anteriorem q; et posteriorem partem basilice lateranensis restituit. Per eius viri alioquin boni tempore multa in orbe christiano infelicissima acciderunt. In primisq; urbs roma ciuitas agitata dissidijs incedia atq; cedens plurimas pertulit. Vnicui tamen habuit secundus pontificatus predicti anni letissimum. pace aragonum iter et gallicos reges constituta. Ea vero constituta pacis leticia haud quaquam fuit christiano populo diuturna. Tripolis enim secundo pontificatus anno ferro ac flamma a soldano euersa fuit. quaque multos milites proprio ere transmisit. aliosq; plures cruce signandos mittere curauit. Quarto deinceps Nicolai pontificis anno Rudolphus imperator germanus obiit. adolphusq; assumptus est. Nicolaus autem tedio animi (ut quidam putant) quod male sibi cedere omnia videret rome pontificatus sui anno quarto mense vno. die viij. moritur. et apud sanctam mariam maiorem ad caput basilice sepelitur. Postea cardinales peruersi profecti. ut liberius eligere pontificem liceret rem ipsam discordijs intestinis biennio mensibusq; tercio in longum deduxere.

Celestinus quintus papa petrus moroneus antea vocatus. professione anabozita patria eserniensis secundo a fulmone miliario cenobium incolens ad maielle motus radices peligne genti religione per ceteris venerandum. instate carolo rege et latino cardinali pontifex creatur. Isq; decreto de sua electione facto hortante carolo rege assentiens. Celestinusq; tercium nomen assumptus a collegio rogatus adduci non potuit. qui accersitis ad se cardinalibus aquilam urbem usque accessit. ubi consecratus duodecim creauit cardinales. Seruauit vero eandem vite normam austeritatemq; celestinus in qua tot ante annos fuerat maceratus. paucis extrinsecus dignitati processis. Cui inservire ac se accomodare per viribus est admixtus. Sed partim cum parua ac omnino nulla destituit experientia. partim calliditas et importuna aulicorum decepit auaricia. partim effecti senectuti corporis imbecillitas ab actione prohibuit. Et multa illico committi. pleraque perperam et sordide committi cepta. Inde perniciosas esse viri insensati ineptias plurimi proplam vociferati sunt. Que sancto viro renuntiata suaserunt. ut male populo christiano sibi et aie sue periculum. assumptum pontificis muneris onus abrenunciando dimitteret. id cum multis conuocatum ad caroli regis aures peruenisset. eum perpulit ut pontificem amatissimum regni sui decus neapoli duceret. Qua in urbe facilius auerti posse a pontificatus dimittendi proposito videretur. Ferunt autem benedictum Caietanum cardinalem ananinum gratia dolose usus qua apud pontificem ceteros antecedebat. iuris pontificis decreta que excellenter doctus erat vndique ad suam intentionem selecta ea ratione illi ostendisse. ut impositum sibi salutis animarum totius orbis onus vir timoratus suas vires superaturum existimans dimittere statuerat. Quod cum esset facturum constitutionem edidit declarantem pontifici licere romano pontificem dimittere dignitatem. Post parumq; cardinalibus collegialiter congregatis. pontificatu quem paulominus sex mensibus administrauerat se abdicans alteri subrogandi potestatem illis arbitriumq; permisit. Nec multum intercesserunt dies cum benedictus ipse in pontificem electus. cui octauo bonifacio fuit nomen. Petrus autem morroneus ad priscam anhelas heremi vitam clandestine neapoli est profectus. Quod cum bonifacio est renunciatum. missis equitibus retractum de via illum in custodia haberi iussit. Verebatur enim vir ipse astutus ne populi petri potentia sanctitate recognita conspicuum. que se doctrina et elatione redudantem per petri vicario sequerent. campanie deinde in arce tam arcta teneri custodia iussit ut inde mortem illi acceleratam fuisse sit creditum. Sunt qui scribunt eum post mortem miraculis claruisse. quem demum quatuor scilicet numero ascripsit. Cuius celebritas. xiiij. kal. Julij obseruatur.

Ugolinus epus

Ugolinus urbeuetanus ordinis heremitarum diuini augustini luculentissimus theologus et doctor. primo arriminensis episcopus. Et postea constantinopolitanus patriarcha per hunc tempus prius primam cathedram tenens maximo in precio habitus est. que vna cum literis moribus etiam ornatissimus esset. Et ipse ecclesiam dei tum docendo legendo et scribendo mirummodum adiuuit. Scripsit hic primo de differentia ydeomatium lib. i. et super quatuor sententiarum libros laudabilia composuit commentaria. Sed et quodlibeta plurima omnium iudicio dignissima disputauit.

Ugo quoque holiomus predicatorum ordinis insignis doctor et cardinalis presbyter hec ipsa tempora tamen vite sanctimonia tumque voluminibus a se editis illustrauit. Idem fecit Jo. de parma ordinis minorum professor sacre theologie magister ornatissimus.

Linea summorum pontificum

Nicolaus quartus



Celestinus quintus

